Glöckner, Karl [Editor]; Historische Kommission für den Volksstaat Hessen [Editor]: Codex Laureshamensis (Band 2): Kopialbuch, Teil 1: Oberrhein-, Lobden-, Worms-, Nahe- und Speiergau

Darmstadt, 1933 Seite 51



## NIVVENHEIM.

274. (Reg. 11.)[1])

### Donatio Gumperti in Nivuuenheim. In lobdunensi. Anno $X^{o}IIII^{o}$ [2]) regni d(om)ni Pippini regis.

[3])Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum, uel in substantiam pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in ęterna retributione apud deum restitui confidimus. Igitur ego Gumpertus in nomine d(omi)ni nostri Jesu Christi, pro animę meę remedio dono donatumque in perpetuum esse uolo, ad basilicam sancti Nazarii quę constructa est super fluuium Wisscoz, uineam meam hoc [est] in *pago lobdunensi* in uilla *Niuuenheim*[a]), ex cuius una parte attinetur uinea Frideburgę, et de alia parte uia publica, in tertia parte subterfluit *Neckar* fluuius, in ea ratione ut ab hac die ipsa ęcclesia uel agentes eius debeant dominando perpetualiter possidere, ita ut ab hac die et deinceps, iure habendi, tenendi, dominandi, uel quidquid exinde pro oportunitate ipsius basilicę elegerint faciendi liberam in omnibus habeant potestatem. Si quis uero contra hanc paruulam donationem a me factam uenire temptauerit, et eam infringere uel mutare uoluerit, tunc partibus basilicę sancti Petri auri solidos III, argenti pondera II inferat, et tamen quod repetit euendicare non ualeat, sed presens ista donatio omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum in *lobdenensi ciuitate* publica, idus nov. Signum Gumperti qui hanc donationem fieri, (765 Nov. 13.[2])) et firmari rogauit. S. Harifridi, Hardaperti[b]), Raginperti, Zeizonis, Onolbaldi[c]) Hassi indignus pbr. donationem istam scripsi rogatus et subscripsi.

a) Ni- mit Verb.

b) Paläographisch wäre auch Nardap. möglich: Die Schäfte sind gleich hoch, der Querbalken ist wagrecht wie bei H, der linke Schaft unten nach rechts umgebogen, der rechte unter die Linie verlängert wie bei N.

c) Verderbt, für Cnodbalt? vgl. 226.

274] [1]) Drucke: Freher, De Lupoduno 21 = Helwich, Antiq., auch in Joannis, Script. Hist. Mag. Sylloge 10.

[2]) Die Urkunde ist nach Ort und Tag der Ausstellung, nach Schreiber, Fassung, Zeugen (Onolbalt = Onodbalt, 226) und Empfänger (basilica s. N. im Wechsel mit s. Petri, kein Abt) neben 226 u. 673, also zu 765 zu stellen. Entweder hat Hassi die Jahre Pippins von 751 ab gezählt, oder am 13. XI. die Epoche schon umgesetzt (beides anders als 226, 673), oder XIIII Pipp. r. ist in XIII zu verbessern.

[3]) Arenga und Teile des übrigen Formulars wie 199, 220, 226, 429, 486, 529, 610, 673, 724; jüngere Fassung 33, 381, 480, 798.

7*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/gloeckner1933bd2/0059